



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 27. Acta cum Donatistis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum V. *tas, si recusatis, cunctis constabit, ut*
A. C. 403. *causæ vestræ diffidere.*

§. XXVII.

Acta cum Donatistis.

Aug. III.
cont. Cresc.
l. 45.

Aliqui ex Donatistis, ut ejusmodi colloquia haberentur, petierant; nam quoties Episcopi Catholici urgebant, ut se converterent, dicebant; *Cum Episcopis nostris res pertractanda est; ardentius cupimus, colloquium institui, in quo veritas cognosci possit.* Cum autem Catholici, celebrato Concilio Carthaginensi, hoc consilium eorum Episcopis aperirent, nihil sincere, sed contemptim respondebant. Crispinus Episcopus Donatista Calamensis a Possidio ejusdem Civitatis Episcopo Catholico coram Magistratu interpellatus, rem ad Concilium differendam esse dixit, in quo cum Collegis suis deliberaret, quid esset respondendum. Satis diu post hæc, Catholicis rursus instantibus, respondit, datis coram iudice litteris, in quibus continebantur Scripturæ textus, nihil ad rem facientes, nisi quod asperum in Catholicos animum proderent. Ergo omnes hunc Donatistarum Episcopum, & litteras ejus ridere, & eo magis, quod Possidius juvenis esset, & ante breve tempus Episcopus electus, ex Clericis, & Monasterio S. Augustini assumptus, e contra Crispi-

Crispinus vir Senex, quem suæ Sectæ ho- ^{Sæculum V.}
 mines haud vulgariter doctum credide- ^{A. C. 403.}
 rant. Paucos post hæc dies cum Possi- ^{Poss. vita}
 dius iter faceret, Diœcesin suam visitans, ^{Aug. n. 12.}
 & contra hæresin pro Concione dicens,
 alius Crispinus Presbyter, & Episcopi
 illius propinquus, viros armatos in insi-
 diis disposuit, qui transeunti imminerent.
 Jamque Possidius in casses ibat, sed ab
 amicis monitus, in vicinam domum se
 recepit. Adest Crispinus, & ædes has
 obsidet; lapides injiciuntur, ignis subji-
 citur. Domestici repellendæ vi impa-
 res, enixe rogare, ut sibi parceretur, &
 flammæ extinguere. Crispinum nihil
 ab incepto dimovere potuit, fores effrin-
 guntur, vulnerantur equi in infima do-
 mus parte stabulantes, ex conclavi su-
 periore Possidius descendere cogitur, ver-
 beratur, indigne habetur. Tandem ^{Aug. III.}
 Crispinus, victum se precibus aliorum si- ^{cont. Cresc.}
 mulans, prohibuit, ne quid mali ultra ei ^{c. 47.}
 inferretur. At equi, & quidquid præ-
 terea habebat, raptoribus in prædam
 cessere.

Hoc facinore ad urbem Calamensem ^{Donatistæ.}
 fama publica delato, exspectabant om-
 nes, Episcopum Crispinum severissime
 in suum Presbyterum animadversurum,
 atque ut id faceret, per viam juris aliqui
 postulabant; ipse omnia dissimulavit;
 imo Donatistæ ferocius moveri cœpe-
 runt,

Sæculum V. A. C. 403. runt, ita ut etiam libertas per vias pu-
blicas commigrandi adimeretur. Tum

Catholici legum rigorem, cum hucusque his hominibus pepercissent, adhibendum crediderunt. Crispinus Episcopus, persequente Ecclesiæ Defensore, damnatus est, ut multam decem librarum aurearum, pœnam hæreticis a Lege injunctam solveret. Ab hac sententia appellavit ad Proconsulem, & coram eo comparuit, dicens, se non esse Hæreticum. Ut autem Hæreticus esse convinceretur, S. Augustino Auctore ad singulare colloquium ambo Episcopi Calamenses Possidius, & Crispinus condixerunt; postquam coram magna populi multitudine Carthagine tribus vicibus disputatum, Proconsul Crispinum Hæreticum pronunciavit.

(*) Diese Begebenheit hat eine Verwandtschaft mit dem, was in Frankreich geschieht, da die weltlichen Parlamente die Befugniß behaupten, die Bischöffe zu strafen, denselben ihre zeitliche Güter zu entziehen, und andere Geistliche ins Elend zu verschicken, wenn sie denjenigen, so sich der Constitution Unigenitus nicht unterwerfen, im Zölibett die heil. Communion zu reichen verbieten. Jedoch ist ein merklicher Unterschied, daß hier der Proconsul erkläret, Crispinus sey ein Keger, und zu der Buß der zehn Pfund Goldes verurtheilet; aber erst nachdem er in einer Unterredung von 2. Bischöffen der Kegerey ist übersühret worden; da

& ad multam decem librarum aurea-Saeculum V.
rum secundum Legem Theodosii con- A. C. 403.
demnavit; verum Possidio intercedente
ad solutionem non est coactus. Appel-
lavit ad Imperatores, semper negans, se
hæreticum esse, (*) & advenit Rescri-
ptum,
S 4

da hingegen die Parlamente selbst Richter seyn
wollen.

(*) Non potest dari Schismaticus, qui non
eo ipso Hæreticus sit, nam qui ab Ecclesia sepa-
ratur, Ecclesiam non audit; dicit vero Christus:
Si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut E-
thnicus, & Publicanus. Matth. XVIII.

Donatistis improperabat S. Augustinus (Epist.
166.) *Vos dicitis, propter Traditores, quos non*
ostenditis, remansisse Ecclesiam Christi in sola
Africa partis Donati, quod non de Lege, non
de Propheta, non de Psalmo, non de Apostolo,
non de Evangelio, sed de corde vestro, de Pa-
rentum vestrorum calumniis recitatis. Addit
ad hunc textum Cardinalis Gotti, in vera Eccle-
sia Christi, *Protestantes calumniantur Ecclesiam*
Romanam apostatasse cum ceteris suæ obedientiæ,
propter scelera, & errores, quos non probant;
& effutiunt veram Ecclesiam remansisse in Wal-
densibus, & Albigenibus, inde restitutam a Lu-
thero, & Calvino. Quod tamen non ostendunt
nec de Lege, nec de Prophetis, nec de Scriptu-
ris, cum nullibi enuntiatur sit Ecclesiam Apo-
stasiam, vel Eclipsim pati debere, inde renovan-
dam, & restituendam a quopiam istorum.

Sed

Sæculum V. ptum, octava Dec. 405. datum, quo de
 A. C. 403. claratur, ideo Donatistas ad pendendam
 hanc mulctam damnari, quod Hæretici
 L. 39. C. Th. essent. Judex quoque, & Scribæ ejus
 de Hæret. ad eandem pœnam pecuniariam con-
 damnabantur, quod Crispinum ad solven-
 dam mulctam non compulissent. At E-
 piscoporum Catholicorum, præsertim
 S. Augustini precibus effectum, ut omni-
 bus pœna condonaretur, quod non pa-
 rum ad conversionem Hæreticorum con-
 tulit.

II. cont. litt. Haud diu antea idem Crispinus Ca-
 Petil. c. 83. lamensis cum prædium, quod Mapale
 dicebatur, contractu Emphiteutico ac-
 quisisset, tantum Colonis Catholicis ter-
 rorem incusserat, ut omnes coegerit pa-
 ti, Baptismum in se iterari, etiamsi id Le-
 gibus fieri prohiberetur. S. Augustinus
 id ei exprobravit, data Epistola, in qua
 Tot. Tit. ne sancti. Bapt. dicit: *Si Mapalienses sua voluntate ve-*
 Donatistæ. *stram Communionem amplexi sunt, au-*
diant nos jam utrinque disputantes, scri-
bantur,

Sed etiam nunquam exstiterunt Schismatici,
 qui non in aliquem errorem hæreticum lapsi
 essent; nam quibus deficit recte credendi Regu-
 la, necesse est, ut a Fide aberrant. Exemplo
 terribili est Tertullianus, qui ubi a Catholica
 Ecclesia defecit, Montanistarum deliria ample-
 xus est. Cæterum, ut alia taceamus, Donatistæ
 Hæretici erant, quod rebaptizarent.

bantur, quæ dicemus, & postquam scripse-
rimus, in eorum linguam punicam trans-
ferantur, & tunc a potentia vestrae ti-
more liberi, quod placuerit, eligant. Si,
quæ dicenda sunt, isti capere non possunt,
quis excuset temeritatem tuam, qua sim-
plicium hominum ignorantia illufisti? Si
dicas, inter illos, qui ad nostram Com-
munionem transierunt, non nullos, ut fa-
cerent, a Dominis suis fuisse metu ada-
ctos, eadem industria utamur, audiant nos
disceptantes, tum, quod melius videbitur,
sequantur. Si renuis, quis non videat,
te nihil præsidi a veritate expectare?

Sæculum V.
A. C. 403.

Hippone S. Augustinus Episcopum Ep. 88. ad. 68.
Donatistam Proculejanum ad colloquen-
dum invitavit; is primo respondit, ipsos
Concilium convocatuos, in quo delibe-
rarent, quid responderi oporteat. Postea
monitus, ut promissio staret, noluit ami-
ce colloqui. Hæc omnia ex actis judi-
cialibus constabant. Tunc vero S. Au-
gustinus ad Donatistas Laicos dedit E-
pistolam, in qua statum quæstionis com-
pendio exponit, atque facta præcipua re-
censet ad eam resolvendam; in Epilo-
go hæc habet; *Respondeant ad hæc ar-
gumenta Episcopi vestri saltem vobis Lai-
cis, si nobis loqui non dignantur, vel non
audent; vos vero, si salutem vestram a-
matis, diligenter pensate, quid causæ sub-
esse possit, cur Colloquia nostra fugiant.*

n. 7.

Ep. 67. ad.
171.

S 5

Si

Saculum V. *Si inter lupos convenit, Pastoribus non
A. C. 403. respondere, heu perditæ sunt oves, qui
luporum speluncis appropinquant!* Tan

Ep. 105. al. dem Episcopi Donatistæ in omnibus lo
166. c. 4. n. 13. cis eandem excusationem objecerunt, &

Possid. c. 12.

*Aug. En-
chir. c. 17.*

quotiescunque ad amicum colloquium invitabantur, dicebant, sibi cum peccatoribus colloqui non licere. Circumcelliones in rabiem agebantur, quod S. Augustinus ingentem Donatistarum numerum ad Ecclesiæ sinum reduceret; igitur pro more, ut populos visitaret, & doceret, ad Parœcias egredienti, insidias sæpius struxerunt. Accidit, ut quædam die manus eorum fortuito effugeret, nam viæ dux aberravit, & impetens nolensque a via publica, ubi Donatistæ Augustinum transiturum operiebantur, deflexit. Ubi id rescivit S. Augustinus, pro errore salutari Gratias Deo egit.

§. XXVIII.

*S. Hieronymus, & S. Augustinus
dissentunt.*

Sup. l. XIX.

§. 41.

Ep. 28. al. 8.

Ad hoc tempus referenda est S. Augustini, & S. Hieronymi in explicatione S. Scripturæ dissensio, quæ nisi inter viros summæ virtutis extitisset, charitatis jacturam attulisset. Alypius ex Palæstina redux, cum quædam de S. Hieronymo, quem ibi viderat, retulisset, S. Augusti-